

SCRIPTA

Numéro Scripta : 3808

Auteur(s) : Chartres (official)

Bénéficiaire(s) : Pierre de la Broce, Langes (seigneur), Damville (seigneur)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1276, 23 juillet

Lieu d'émission : Verneuil

Action juridique : autre

Langue du texte : latin

Analyse

L'official de Chartres fait savoir que le chevalier Pierre de Marcouville et sa femme ont reconnu avoir donné et abandonné le sergenterie, qu'ils avaient tenu en fief du roi de France à Damville, à Pierre de la Broce, seigneur de Langes et de Damville, et à ses héritiers.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Delisle Léopold, *Cartulaire normand de Philippe-Auguste, Louis VIII, Saint-Louis et Philippe le Hardi*, Caen, Harde l (MSAN ; 16, 2e série, 6, p. 160-390), 1852, n° 871, p. 205.

Texte établi d'après a

Universis presentes litteras inspecturis, officialis curie Carnotensis, salutem in Domino. Noveritis quod coram mandato nostro jurato, ad hoc specialiter destinato, cui, quantum ad hec et etiam ad majora, plenam fidem adhibemus, Petrus de Marcoville, miles et Ysabellis, ejus uxor, recegnoverunt se dedisse et concessisse ac etiam im perpetuum quitasse nobili viro Petro de Brotia, domino Langesii et Danville, et heredibus ac successoribus ejus, de serjanteria, quam dicti miles et ejus uxor tenent in feodum de domino rege Francorum, partem illam scilicet que se protendit et durat per totam terram seu feodum de Danvilla et ejus pertinentias, ita quod iidem miles vel dicta domina Ysabellis, ejus uxor, aut eorum heredes vel successores, per se vel per alios in terra seu feodo de Danvilla, vel in aliqua pertinentiarum ipsius, servientis officio fungi, vel illuc intrare, seu stare pro serjantando non valebunt ; promittentes (sic) iidem miles et ejus uxor per juramenta sua, tactis sacrosanctis euvangeliis, prestita, et specialiter dicta domina, spontanea voluntate, et non coacta, non vi, metu seu dolo ad hoc inducta, sed de voluntate auctoritate et assensu mariti sui predicti, ut dicebat, quod contra donacionem concessionem et quitacionem hujusmodi vel aliquid de contentis in presentibus litteris per se vel per alios non venient in futurum, quacumque ratione seu causa, et specialiter dicta domina ratione dotis seu dotalicii, aut alia quacumque ratione, et dotem et dotalicium, si quam vel quod in predictis rebus donatis habebat, penitus abjuravit, se et suos heredes et successores ipsi Petro quantum ad hec, specialiter obligando, de qua parte serjanterie se in manu dicti jurati nostri devestierunt et dictus juratus, ad eorum instanciam, procuratorem dicti Petri suo nomine investivit de eadem, ac petierunt dicti miles et ejus uxor, coram dicto jurato, quod prefatus dominus rex predicta omnia concedere velit, et per suas patentes litteras confirmare, et quod nos et successores nostri ipsos et eorum heredes et successores compellamus, si opus fuerit, ad observacionem eorumdem, et, quantum ad premissa tenenda et observanda, dicti miles et ejus uxor supposuerunt se et sua jurisdictioni curie Carnotensis. In cujus rei testimonium et munimen, presentibus litteris sigillum curie

Carnotensis duximus apponendum. Datum in assisiis Vernoli, die jovis in crastino festi beate Marie Magdalene anno Domini M° CC° LXXmo. sexto.